



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

6 Vtrum peccatum mortale possit fieri ueniale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

& sic contingit appetibile propter se transire in appetibile propter aliud. & econverso. ut patet in peruersis appetitibus utentibus fruendis, & fruendis utendis. Et sic contingit unum appetibile transire in speciem alterius appetibilis, non secundum mutationem rei, sed secundum mutationem rationis appetibilis in ordinem appetentem, & sic est in proposito. nam cum quis ponit finem in peccato ueniali, puta, in verbis iocosis, uerba iocosa, quae ex meritis rei sunt in specie appetibilis propter aliud, ex mala dispositione appetentis mutantur in appetibile per se, dum in eis finis constituitur.

De ebrietate uero dicendum est, quod secundum suam rationem habet, quod sit peccatum mortale. Quod enim homo absque necessitate reddat se impotentem ad utendum ratione, per quam homo in Deum ordinatur, & multa peccata occurrentia uitat, ex sola uoluptate uini, expresse contrariatur uirtuti: sed quod sit peccatum ueniale, contingit propter ignorantiam quandam, uel infirmitatem, puta, cum homo nescit virtutem uini, aut propriam debilitatem, unde non putat se inebriari, tunc enim non imputatur ei ebrietas ad peccatum, sed solum superabundantia potus. Sed quia do frequenter inebriatur, non potest per hanc ignorantiam excusari, quin uideatur uoluntas eius eligere magis pati ebrietatem, quam abstinere a uino superfluo, unde redit peccatum ad suam naturam.

AD SECUNDUM Dicendum, quod delectatio morosa non dicitur esse peccatum mortale, nisi in his quae ex suo genere sunt peccata mortalia, in quibus si delectatio non morosa sit: peccatum ueniale est ex imperfectione actus, sicut & de ira dictum est. dicitur enim ira diuturna, & delectatio morosa propter approbationem rationis deliberantis.

AD TERTIUM Dicendum, quod circumstantia non facit de bono actu malum, nisi constituens spem peccati, ut supra etiam habitum est.

ARTICVLVS VII.

Utrum peccatum mortale possit fieri ueniale.

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod peccatum mortale possit fieri ueniale. Acqualiter enim distat peccatum ueniale a mortali, & econtrario: sed peccatum ueniale fit mortale, ut dictum est. ergo etiam peccatum mortale potest fieri ueniale.

¶ 2. Praet. Peccatum ueniale & mortale ponuntur differre secundum hoc, quod peccans mortaliter, diligit creaturam plus quam Deum: peccans autem uenialiter, diligit creaturam infra Deum. Contingit autem quod aliquis committens id quod est ex genere suo peccatum mortale, diligit creaturam infra Deum, puta, si aliquis nesciens fornicationem simplicem esse peccatum mortale,

A uerba corporis articuli, scilicet, quod per subtractionem deliberationis soluitur species actus moralis. Si enim hoc est uerum, sequitur, quod in deliberati motus infidelitatis, adulterii, furi, & huiusmodi, non sint eiusdem speciei cum ipsis peccatis perfectis, cuius oppositum dictum est, & conuincit esse uerum: quia ad obiectum idem tendunt. Et si in deliberati motus perfecti sunt eiusdem speciei cum perfectis, ergo non soluitur species moralium actuum ex subtractione deliberationis, ut in littera nunc dicitur.

¶ 3. Praet. Sicut dictum est, plus difert bonum a malo, quam ueniale a mortali: sed actus qui est de se malus, potest fieri bonus, sicut homicidium potest fieri actus iustitiae, sicut patet in iudice qui occidit latronem. ergo multo magis peccatum mortale potest fieri ueniale.

SED CONTRA est, quod aeternum nunquam potest fieri temporale: sed peccatum mortale meretur penam aeternam, peccatum autem ueniale temporalem penam. ergo peccatum mortale nunquam potest fieri ueniale.

C RESPON. Dicendum, quod ueniale & mortale differunt sicut perfectum & imperfectum in genere peccati, ut dictum est. Imperfectum autem per aliquam additionem potest ad perfectionem venire: unde & ueniale per hoc quod additur ei deformitas pertinet ad genus peccati mortalis, efficitur mortale: sicut cum aliquis dicit uerbum otiosum, ut fornicetur. Sed id quod est perfectum, non potest fieri imperfectum per additionem. & ideo peccatum mortale non fit ueniale per hoc, quod additur ei aliqua deformitas pertinet ad genus peccati uenialis. Non enim diminuitur peccatum eius qui fornicatur, ut dicat uerbum otiosum, sed magis aggrauatur propter deformitatem adiunctam. Potest tamen id quod est ex genere mortale, esse ueniale propter imperfectionem actus, quia non perfecte pertingit ad rationem actus moralis, cum non sit deliberatus, sed subitus, ut ex dictis patet: & hoc fit per subtractionem quandam, scilicet deliberationis. & quia a ratione deliberata habet speciem moralis actus, inde est quod per talem subtractionem soluitur species.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ueniale differt a mortali, sicut imperfectum a perfecto, ut puer a uiro: sit autem ex puero uir, sed non conuertitur. unde ratio non cogit.

AD SECUNDUM dicendum, quod si sit talis ignorantia, quae peccatum omnino excuset, sicut est furiosus, uel amens, tunc ex tali ignorantia fornicationem committens nec uenialiter, nec mortaliter peccat. Si uero sit ignorantia non inuincibilis, tunc ignorantia ipsa est peccatum, & continet in se defectum diuini amoris,

ar. 5. co. ar. 3.

ar. 1. ad r.

ar. 2. huius quozit.



inquantum negligit homo addiscere ea, per quae po-
teit se in diuino amore conseruare.

Car. ante
med. habet
hic lib. to. 4.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Aug. dicit
in lib. contra Mendacium, Ea quae sunt secundum se
mala, nullo fine benefici possunt; homicidium au-
tem est occisio innocentis, & hoc nullo modo be-
ne fieri potest. Sed iudex, qui occidit latronem, uel
miles, qui occidit hostem reipublicae, non appellan-
tur homicidae, ut * Aug. dicit in lib. de lib. arb.

lib. 1. ca. 4. &
5. com. 1.

QVAESTIO LXXXIX.

De peccato ueniali secundum se in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de peccato ue-
niali secundum se.

ET CIRCA hoc queruntur sex.

¶ Primo, Vtrum peccatum ueniale causet maculam
in anima.

¶ Secundò, de distinctione peccati uenialis, prout
figuratur per lignum, foenum, & stipulam primò
Corinth. 3.

¶ Tertio, Vtrum homo in statu innocentiae potue-
rit peccare uenialiter.

¶ Quarto, Vtrum angelus bonus, uel malus possit
peccare uenialiter.

¶ Quintò, Vtrum primi motus infidelium sint pec-
cata uenialia.

¶ Sextò, Vtrum ueniale possit esse in aliquo simul
cum solo peccato originali.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum peccatum ueniale causet maculam in anima.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod pec-
catum ueniale causet maculam in anima. Dic-
it enim * Aug. in lib. de penitentia, quod pec-
cata uenialia, si multiplicentur, decorè nostrum ita
exterminant, ut a celestis sponsi amplexibus nos se-
parent: sed nihil aliud est macula, quam detrimen-
tum decoris. ergo peccata uenialia causant maculam
in anima.

2. q. 87. ar. 2.
ad. 3. o. di.
16. q. 2. ar. 1.
q. 2. ad 3. &
1. q. 2. ad 1.
ar. 2. q. 1. ad
1. & ma. q. 7.
ar. 1. cor. &
Psal. 14.
1. de medi-
cina peni-
t. 9. & ser.
de scdis 41.
20. 10.

¶ 2 Præ. Peccatum mortale causat maculam in ani-
ma, propter inordinationem actus, & affectus ipsius
peccantis: sed in peccato ueniali est quædam deo rdi-
natio actus, & affectus. ergo peccatum ueniale causat
maculam in anima.

¶ 3 Præ. Macula animæ causatur ex contactu rei tem-
poralis per amorè, ut * supra dictum est: sed in peccato
ueniali anima inordinato amore cõtigit re ipsa.
ergo peccatum ueniale inducit maculam in anima.

q. 86. ar. 1.

Sed contra est, quod dicitur Ephes. 5. Vi exhibe-
ret ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem
maculam, aut rugam. * Glos. id est, aliquod peccatum
criminale. ergo proprium peccati mortalis esse uide-
tur, quod maculam in anima causet.

q. 6. interli-
neat. ibi.

RESPON. Dicendum, quod sicut ex * dictis patet,
macula importat detrimentum nitoris ex aliquo cõ-
tactu, sicut in corporalibus patet, ex quibus per simi-
litudinem nomen maculae ad animam trãsfertur. Si-
cut autè in corpore est duplex nitor, unus quidè ex
intrinsicâ dispositione mēbrorū & coloris, alius au-
tem ex exteriori claritate superueniente: ita et in ani-
ma est duplex nitor, unus quidem habitualis quasi
intrinsecus, alius autem actualis, quasi exterior ful-
gor. Peccatum autem ueniale impedit quidem nito-
rem actuale, non tamen habituale: quia nõ exclu-
dit, neque diminuit habitū charitatis, & aliarum uir-

q. 89. ar. 1.

factum, ut * infra patebit, sed solum impedit
actum. Macula autem importat aliquid man-
re maculata, unde magis uidetur petiuerit ad de-
mentum habitualis nitoris, quam actualis. unde
priore loquendo, peccatum ueniale non causet ma-
culam in anima: Et si alicubi dicatur macula in anima,
hoc est secundum quid inquantum impedit nitor,
qui est ex actibus uirtutum.

AD PRIMVM ergo dicendum, q. Augustin. hoc
tur in eo casu, in quo multa peccata uenialia cõ-
tinue inducunt ad mortale, aliter autem non sepe-
rent ab amplexu celestis sponsi.

AD SECVDVM Dicendum, q. inordinatio actus
peccato mortali corrumpit habitum uirtutum, ut
tem in peccato ueniali.

AD TERTIVM dicendum, quod in peccato
G tali anima per amorè contingit rem temporalem
quasi finem, & per hoc totaliter impeditur in
splendoris gratiae, qui prouenit in eos, qui Deo
herentur ultimo fini per charitatem, sed in peccato
ueniali non adheret homo creaturæ tanquam fi-
timo. unde non est simile.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter peccata uenialia per lignum, foenum
& stipulam designentur.

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur, quod
H uenienter peccata uenialia per lignum, foenum
& stipulam designentur. Lignum enim, foenum,
stipula, dicuntur superædificari spirituali fundamē-
to: sed peccata uenialia sunt præter spirituale
cuius, sicut etiam quælibet falsa opinioniones sunt
ter sciam, ergo peccata uenialia non conueni-
ter designantur per lignum, foenum, & stipulam.

¶ 2 Præ. Ille qui ædificat lignum, foenum, & sti-
lam, sic saluus erit quasi per ignem, sed quando
ille qui committit peccata uenialia, non erit saluus
per ignem, puta, cum peccata uenialia inueni-
tur in eo, qui decedit cum peccato mortali. ergo
conuenienter per lignum, foenum, & stipulam
ta uenialia designantur.

¶ 3 Præ. Secundum Apostolum, Alii sunt qui
ædificant aurum, argentum, lapides pretiosos, id est
rem Dei, & proximi, & bona opera, & alii qui
ædificant lignum, foenum, & stipulam: sed peccata ueni-
committunt etiam illi qui diligunt Deum, & pa-
mum, & bona opera faciunt. dicitur enim prima
nis secundo: Si dixerimus quia peccatum non ha-
mus, nos ipsos seducimus. ergo non conuenienter
signantur peccata uenialia per ista tria.

¶ 4 Præterea. Multo plures differentie, & gra-
sunt peccatorum uenialium, quam tres. et
inconuenienter sub his tribus comprehenduntur.

K SED CONTRA est, quod Apostolus prius
rinth. tertio dicit de eo qui superædificat lignum,
foenum, & stipulam, quod saluus erit quasi per
& sic patietur penam, sed non æternam; remanet
penæ temporalis proprie pertinet ad peccatum
niale, ut * dictum est. ergo per illa tria signantur
peccata uenialia.

RESPONDEO. Dicendum, quod quidam
tellexerunt fundamentum esse fidem informem
per quam aliqui ædificant bona opera, quæ figu-
tur per aurum, argentum, & lapides pretiosos. et
dã uerò peccata et mortalia, q. figurantur per
gnum, foenum, & stipulam. Sed hanc expol-